

nullus certus interim occurrit nuntius. De adolescentulis beatorum parentum memorem mones. De medico agam quod iubes; verum non conquiescam quin aures eius vellicabo. Tunstallum aegrotasse 5 vnice doleo: vbi sensero mihi aliquid esse virium, isthuc aduolabo. De Clauo non prorsus displicet quod scribis; verum nunc vteunque conualescere incipio. Ago tibi gratias, mi Erasme; et vtinam referre possem quod operam tuam tam liberalem mihi polliceris! Vnocus faustis aibus cum picturis nostris Angliam petiit; si Morus Caletii 10 est, iam habet spectacula nostra. Tu cura quam optime valeas, mi Erasme.

Antuerpia 27. Septembris, Anno 1517.

682. TO GERARD GELDENHAUER.

Deventer MS. 91, f. 59.

Louvain.

LB. App. 191.

5 October (1517).

[For the date see Epp. 603 introd. and 727. r n.]

ERASMVS NOVIOMAGO SVO S. D.

CLARISSIMUM Principem tam propenso in nos esse animo maiorem in modum gaudeo; vel ob id ipsum quod iuuat redamari ab eo quem amo effusissime suspicioque vnice. Sum totus nunc in Nouo Testamento, quod me propemodum non solum exo[s]culauit sed exanimauit. Nolim igitur ante menses aliquot accersat dominus reuerendissimus, donec hoc pensum absoluero. Mitto Pacis Querimoniam in membranis descriptam: nihili munus, si dignitatis estimetur eius cui mittitur; verum et illius humanitas mihi nota est, neque tua defuerit commendatio. Bene vale, doctissime atque idem humanissime Gerarde.

Raptim Louanii 3 Non. Octobris.

10

⁶⁶⁹683. FROM THOMAS MORE.

Deventer MS. 91, f. 206.

Calais.

LB. App. 193.

7 October (1517).

T. MORVS DESIDERIO ERASMO S. P. D.

PERTVLIT tandem Petrus cocles, Erasme charissime, tuam Egidiiue nostri diu expetitas effigies; quae quam impense me delectent, procliuus cuius est e suo sensu consequi quam dicendo mihi. Nam quis vel explicet verbis vel cogitatione non sentiat, quorum hominum vel creta modo vel carbone vultus adumbrati capere etiam quemlibet 5 poterant qui non ad omnem litterarum virtutisque sensum prorsus

681. 4. medico] Afinius; cf. Ep. 638. 18 n.

7. Clauo] Cf. Ep. 650. 10 n.

obstupuerat, me vero singulariter etiam permouere talium amicorum
 qualitercunque representata memoria, eorum nunc mirifice rapi me
 tanto artificio deliniatis atque expressis imaginibus vt quae veteres
 10 facile pictores omnes prouocauerint? quas quisquis intuetur, is nimi-
 rum fusiles eas potius aut sculptiles arbitretur quam pictas: ita porro
 eminere atque extare videntur iusta virilis corporis crassicie. Non
 credas, Erasme mi *ἐρασμιότατε*, quam valde amorem in te meum, cui
 nihil adiace potuisse ipse mihi persuaseram, studium hoc tuum arctius
 15 adhuc obligandi me intenderit, quamque ego vehementer hac triumpho
 gloria, quod tanti abs te estimor vt tam egregio monumento declares
 non alium esse quenquam a quo tu amari malis. Nam sic ipse certe
 —satis pol superbe, sed tamen sic—interpretor, quod istud abs te
 missum est mihi quo non in dies modo sed in horas etiam tui apud
 20 me memoria renouetur. Equidem scio me sic perspectum tibi vt non
 sit in eo mihi valde laborandum, me vt tibi probem (quanquam multis
 alioquin ineptiis non vaco) vacare saltem longissime ab Trasonicis
 adfectibus. Sed tamen, vt verum fatear, vnum hunc pruritum glorie
 excutere profecto non possum, quo mirum quam suauiter titillor,
 25 quoties animum subit sere demum posteritati me Erasmi amicitia
 litteris, libris, tabulis, omnibus denique modis contestata com-
 mendandum. Vtinam ea mihi facultas esset quae insigni aliquo
 documento possit efficere ne indignus amore tam impenso viri, cum
 suo seculo, tum secuturis etatibus incomparandi, videar! Sed quum
 30 tam longe supra meam hanc mediocritatem sit vlllo meo facto praestare
 illud vt mundus intelligat, sedulo certe enitar vt saltem non ingratus
 esse tuo vnus testimonio comprober.

Apologiam tuam perlegi studiosissime: qua certe sic adfectus
 sum vt eloquentiam tuam, quum nusquam magis viderim, nusquam
 35 minus sim admiratus. Quippe illud mihi sustulit admirationem,
 quod in tam facili causa cuius licet esse diserto, non tibi modo, qui
 facilem possis facere ex difficillima. Peream ni miseret eius me,
 hominem suae scholae plausu eo progressum atque incitatum vt ad
 ostentationem virium eam sibi declamandam sumpserit controuer-
 40 siam, qua nihil vnquam fuit magis *ἀούστατον*: est enim maxime
ἔτεροππεές. Spero fore vt hac monitione tua respiscat. Placuit
 mirifice mihi vt omnia sed tamen notabiliter figura qua *κενοδοξίαν*
 eius facete reprehendis, qui secundam editionem suam videri voluerit
 annotationibus tuis priorem; quum tamen in eadem cum tuis de-
 45 pugnet, nondum factis scilicet.

9. quae LB: q a. 25. a²: posteritate a¹, cf. Ep. 684 prooem. 29. a²:
 secuturus a¹. 41. *ἔτεροππεές* a. 42. *κενοδοξίαν* a: corr. LB.

22. Trasonicis] For this form cf.
 Ep. 485. 38.

36. in tam facili] Cf. Ov. Tr. 3. 11. 21.
 43. reprehendis] LB. ix. 20 v.

Scriptorem tuum dimisi in Angliam datis grossis decem in viaticum; Petro nobilem, quod erat eam adducenti tabulam perpusillum, sed ille equi consulebat. Opto prospere tibi ac feliciter cedat munus quod misisti Principi De instituendo principe. Valde me percudit, per immortalem Deum, mors Buslidii, hominis cum non vulgariter 50 eruditi, tum animi et amantis in nos atque in omnes candidi. Mihi adeo hic desidendum est a principio Septembris, vt vix duos dies impetrare licuerit, quibus ad oppidum Audomari transcurrerem, precipue vt Abbatem viderem saltem sancti Bertini, quem tu mihi olim descripseras. Repperi plane talem, inuitatus atque exceptus largiter 55 ab illo in conuiuium. Homo prolixo quosuis (accipiens), me vero valde effuse: senex iucundissimus ad memoriam tui reiuuenescens. Vale, charissime Erasme.

Tunstallus in Angliam rediit. Iterum vale. Caleti vii die Octobris.

684. FROM THOMAS MORE TO PETER GILLES.

Deventer MS. 91, f. 207.

(Calais.)

D. p. 142: F. p. 143: HN: Lond. iii. 7: LB. App. 192. 7 October (1517).

[In the MS., where to denote the correction Hand B must again be divided into a^1 and a^2 , this letter follows Ep. 683. They are contemporary, but Ep. 683 must have been written first, since it is clearly the letter referred to in l. 5. I have therefore retained the month-date originally written by a^1 , as there is nothing to show when the erasure was made—possibly by some late hand, to bring the date into conformity with the printed editions.]

THOMAS MORVS PETRO AEGIDIO SVO S. D.

Mi charissime Petre, salue. Misere cupio equid tu conualescas intelligere; quae res non minori mihi curae est quam quiduis mei: itaque et inquiri diligenter et omnes omnium voces excipio sollicitus. Aliquot mihi meliores de te spes renuntiarunt, seu (quod opto) compertas, siue vt desyderiis meis inseruiant. Scripsi litteras Erasmo 5 nostro. Eas tibi apertas mitto; signabis ipse: nihil opus est quod illi scribitur clausum ad te venire. Versiculos quos in tabellam tam inscite feci quam illa scite depicta est, ad te perscripsi. Tu si digna videbuntur, Erasmo imparti; alioqui Vulcano dedas.

Vale vii octobris.

10

Versus in tabulam duplicem, in qua Erasmus ac Petrus Aegidius simul erant expressi per egregium artificem Quintinum, sic vt apud Erasmus exordientem Paraphrasin in epistolam ad Rhomanos picti

683. 52. a principio scripsi: in principium MS. 684. tit. add. D. 5. a^2 : desideriiis a^2 . 10. vii a^1 , sed primam i erasi nescioquis: vi D. II. Versus ... 15. effinzerat add. D.

683. 46. Scriptorem] Phrysius; cf. Epp. 665-9.

54. Abbatem] Antony of Bergen; see Ep. 143 introd.

49 De instituendo] Cf. Ep. 657. 46.

684. 13. Paraphrasin] See Ep. 710.